



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Septiceps Lvthervs, Vbique Sibi, Svis Scriptis contrarius,
in visitationem Saxoniam**

Cochlaeus, Johannes

Parisiis, 1564

De obedientia erga potestates, cap. 13.

urn:nbn:de:hbz:466:1-35803

statum Ecclesiasticum, annis plus decem con- *In lt. Visit.*
tinuis in publicum edita: Et tamen audet nunc
perfricta fronte rursus admonere populum, ut
honoret presbyteros, & ministros Dei. Et nu-
per in alio libello sic scripsit: Nos autem fate- *In lib. cōtra*
mur, sub Papatu multa bona Christiana, imò *Rebaptiz.*
omne bonum Christianum esse, & inde ad
nos promanasse, nempe veram scripturam sa-
cram, verum baptismum, veras claves ad re-
mittenda peccata, verum predicādi officium,
verum Catechismum. &c. At quoties antea
scripsit, nihil prorsus boni, in & sub Papa es-
se? beatos omnes, qui se ab eo separant, & in
nullo communicant? Quid ergo credas ei post-
hac, qui nec sibi, nec aliis quicquam constanter
credit?

De obedientia erga potestates.

C A P. XIII.

VISITATOR.

AD quartum item præceptū pertinet, obe- *In lib. Visit.*
dire Potestatibus. Paulus igitur Rom. tria
commemorat, quæ potestatibus debentur, pri-
mum est tributum: Idcirco omnē exactionem
pecuniæ, laboris & corporis eis præstare de-
bemus. Secundum est timor, ut eos ex corde
timeamus: Nam qui potestati restit, Dei ordi-

DE OBEDIENTIA

*In cap. Ba-
bylo. de cap.
bap.*

*In li. 1. con-
tra Rusticos.*

nationi resistit. Idcirco puniti sunt omnes se-
ditiosi. Tertiū est honor, vt agnoscamus eas
à Deo esse, & per eas multa nobis bona con-
ferri à Deo. BARR. Hæc adulationis verba
sunt: Reuera autem nos Christiani liberi sumus,
ab omnibus omnium hominum legibus exempti,
libertate Christiana per baptismum nobis donata.
SVER. Si vir esses, Visitator, qui veritatem liberè loqui
auderet, vtique aliter diceres. Scis enim quid nobiscum scripseris
ante tres annos, sub rusticorum primos tumultus.
Sic enim scripsimus ad principes: Sciatis igitur,
boni domini, Deum sic procurare, quod subditi nec possunt,
nec volunt, nec debent vestram Tyrannidem diutius ferre.
Nunc quidem adulando omnem eorum exacti-
onem iustificas. Tunc autem, quando nullo adhuc
prælio victi erant rustici, ita scripsisti nobiscum:
Alij eorum articuli, qui corporalia indicant graua-
mina, veluti seruitutem, exactiones & similia,
iudem iusti sunt & æqui. Potestas enim, non idcirco
instituta est, vt propriam vtilitatem petulantiamque
suam circa subditos quærat. Non est igitur in longum
tolerabile, sic exigere ac deglubere. Quid prodeffet,
si rustici alicuius ager tot afferret aureos, quod fert
culmos & grana? Potestas autem tantò plus caperet,
suamque pompam faceret semper maiorem, atque sic
dilapidaret substantiam, in vestibibus, comessationibus,
ebrietatibus, ædificiis, & id genus aliis, perin-

de ac si paleæ essent. Oporteret itaque contra-
 here pompas, atque expensas minuere, vt
 plebs quoque paupercula possit aliquid re-
 tinere. Hæc scripsisti nobiscum, Visitator,
 nunc scribis aliter. V I S I. Tunc quoque mox
 aliter scripsi post primos rusticorum confi-
 ctus, nempe in altero libello ex verbis Chi-
 sti, quæ sunt, Date Cæsari, quæ Cæsaris sunt:
 ostendi, nos & cum corpore & omni substan-
 tia nostra subiectos esse Cæsaris, iurique sæ-
 culari. Et rursus, in tertio libello probaui
 vigesimo quarto capitæ Prouerbiorum, ti-
 mendum esse Regem, fugiendumque nobis
 esse à seditiosis. S V E R. Sed non ignoras,
 quod sodales nostri ob id te spiritum amisisse
 putant. V I S I. Quid tum? vocant me item
 Papistam nouum. Ego tamen interim neque
 Papæ, neque Principibus per omnia parco.
 Quippe qui nuper in vltima confessione fidei
 me adhuc dixi, Papatum verâ esse Tyrânidem
 & regimē Antichristi. Et principibus interea
 non vnum dedi, per varios libellos cauillum.
 Nam mox in tertio in rusticos libello, eos rur-
 sus dixi Tyrânos, atque Euangelij persecuto-
 res, atque vt magis inuisos plebi redderem,
 dixi eos supra modum crudeliter agere cum
 misero populo, non sane ad corrigendam sedi-
 tionem, sed vt immiti, ac iracundo animo suo,
 quem forte diu habuerunt in plebeios, lo-
 cum darent ac satisfacerent. Quinetiam vbi
 narraffem, vxorem Munceri, à quodam ad

*In lib. 2. cõ-
tra Rusticos*

*In lib. 3. cõ-
tra Rusti-
cos.*

*In lib. cõtra
Epistolam
Regis An-
glie.*

*In lib. 2. cõ-
tra Zuingli-
& Oecolam-
padium.*

*In lib. 3. cõ-
tra Rusti-
cos.*

DE OBEDIENTIA

stuprum compellatam, ita subiunxi. Quid huiusmodi suis & porcis scribam? scriptura vocat eos bestias, hoc est animalia fera, ut sunt lupi, apri, ursi, leones. Neque ego igitur ex eis homines faciam, ferendi tamen sunt, si Deus pro eos plagis nos vult afficere. Vtrunque sane timui si preualerent rustici, Diabolus foret Abbas: Si verò preualerent eiusmodi Tyranni,

*In Epistola
contra duo
Caesaris m^a
data.*

mater eius foret Abbatissa. & c. B A R R. Hæc non multum dissonant ab iis, quæ ego in eos scripsi ante rusticorum tumultus, quædo propter contraria in me mandata eorum redargui eos, ut cæcos, mendaces, obstinatos, & dixi, Deus dedit mihi negotiū (ut video) non cum hominibus ratione præditis, sed Germanicæ bestię debet me occidere (si dignus sum) haud secus atque si lupi aut apri dilaniarent me.

*In li. contra
Epistolã Re
gis Angliæ.*

S V E R. Adhuc contemptibilius nominaui ego eos bullas aquæ, & lendes capitis, atque ut plebi contemptibiliores fierent, ridiculam addidi facetiam, dicens, lendibus his bene faueo, ut interim gloriantur, & cantent. Hic residemus nos lendes super caput nobilissimi animalis super terram, in crinibus eius: Non sumus modicæ profapiæ: Pediculi sunt parentes nostri, magni illi Gigantes, qui etiam Romanum Imperatorem Syllam interfecerunt, multosq; alios. Quid ergo nobis esset Lutherus mendicus? Verum est, lendes estis. Pediculi autem nõdum estis facti. L V T. Lepida profecto facetia, cui non adeò dissimilis est ea,

*In li. de Se-
culari pote-
state.*

qua

DE OBEDIENTIA ERGA POTEST. 41
 qua ego in eos scripsi olim ad hunc Principem nostrum. Quis nescit, inquam, Principem esse carnem ferinam in caelo, id est, auem raram? Non quidem impossibile, sed rarum ac difficile est Principem aliquem esse Christianum: Aliquanto tamen facetius dixi, eos esse lictores & apparitores Dei. Magnus enim dominus est Deus noster, ideo oportet eum habere tam nobiles, illustres, ac diuites carnifices & viatores. E C C L E. Recte igitur dixi, *In 500. art. art. 3. & 6.* odiosam eis esse praedicationem Euangelij, quia mundus non potest eiusmodi praedicationem audire aut ferre: Oriuntur itaque seditiones, irascuntur domini & principes, & omne quod magnum est, ideo tumultuari oportet, vbi Euangelium, est & testimonium Christi. L V T. Recte, Mundani enim principes sunt, *In Sermones Quum venerit Paracletus.* mundus autem inimicus est Deo. Quapropter & ipsos facere oportet, quod & Deo contrarium & mundo consentaneum sit: Inter Christianos autem nulla potest esse superioritas, sed vnusquisque vnique subiectus est, sicut ait Paulus Roma. xij. *Vbi supra.*

COCLÆVS.

Hæc, & id genus innumera seditionum irritamenta, passim in compluribus Lutheri opusculis leguntur, quæ cum nullius sint vel utilitatis vel pietatis, (vt ipsa iam pridem docet experientia) adhuc tamen populo legenda permittuntur, donec maior propediem exoriatur

F

DE LEGIBVS

seditio. Vbi quæso seditiosius scripsit Munce-
rus, aut Fistulator ille, quos iure, vt seditio-
nis reos, interfecistis in Mulhusen? Quis rusticorū
tam seditiose loquutus est? Quibus vsquam
Suermeris contemptiores, vilioresque sunt
Principes, quàm sunt huic Barrabe? Vide igitur
(Illustrissime Princeps) quid Deo, quid Cæ-
sari, quid tot Regibus & Principibus, quos
ille vt lendes & bullas contemnit, dignè res-
pondeas, si serpentem hunc Regulum diutius in
gremio foueris, contra tuam omnisque populi
tui salutem.

De legibus imperialibus.

C A P. XIII.

VISITATOR.

In li. Visit. **D**Vbitant nōnulli, an liceat in causis bono-
rum possessionis & in pœnis malorum,
vti legibus, quas Cæsares & Gentiles condi-
derunt? Item, an liceat suspendere fures, cum
lex Mosi aliter doceat. Exo. xx. Sciendum est
igitur, nobis bene licere, ac æquum esse, vti le-
gibus Imperatorum. Ait enim S. Petrus, j.
Pet. ij. Subiecti estote omni humane ordina-
tioni propter Dominum, siue Regi: tanquam
supremo, siue præfectis, tanquam ab eo missis,
ad vindictam malefactorum, ad laudem verò
bonorum. MAR. Idcirco, sane mox post tria
*In lib. de bo-
nis operibus* prima præcepta ponitur præceptum obedien-